inus · Quatenus & in nr̄ae dominationis monasterium iuxta
uoluntatē defuncti dn̄o redemptori nr̄o seruiens habitare
congregatio debuisset · & imminens potuisses periculum
euitare; preterea considerantes ante dicti presbiteri uo
luntatē · ꝑpetuo illic tempore monasterium ēē · atq; ad id
eandem domum integro cum horto suo · & rebus inferius
designatis que a testatore relicte sunt ꝓprietatis iure con
stituimus ptinere · id est massam maglianensem cum appen
dicibus (cuius) uia numentana miliario plus minus (nono) undecimo ·
taberna in hac urbe que posita ē iuxta pallacinis & sal
gamum positum ante domum nostri monasterii; His
igitur ita concessis atque dispositis dilectio (tua) diligenter
inuigilet · ut & di illic laudes salubri studio deuotissime
ut moris ē celebrentur · & nr̄as res ad ius ipsius ptinentes ·
nulla te neglegente occasione depereant; Hanc enim
sollicitudinē · non solum te · sed etiam eas que loco tuo
successerint in predicto monasterio · & rebus superius
designatis constituimus nihil ominus exhibere;

XXV · GREG · OMNS OAT · IN DIC · IIA · GREGOR · VENANT

Quid petitio agrippino prb̄o uel seruando SEEO LVN ·
diacono eccl̄e fesulane contineat · subiecta uobis eius
pagina patefecit; & ideo si ea que illic continentur ·
ueritate subsistunt · atque tales persone ad uos uene
rint · quibus credi aliquid debeat · usque ad uiginti
solidos · aut si plus uobis uisum fuerit · in reparatione
ecclesiarum que in ruinis esse perhibentur · sub die

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscpatr69/0419